



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

LXXXIII. Markgraf Ludwig der Römer verleiht an Hermann Goldschmidt in  
Frankfurt Hebungen im Dorfe Kemmyn, am 16. September 1352.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

LXXXII. Markgraf Ludwig entläßt die Stadt Frankfurt nochmals mündlich zu München  
der ihm geleisteten Huldigung, am 7. September 1352.

Nouerint uniuersi tenorem presencium inspecturi, quod nos Ludouicus etc. Prudentes et discretos viros, consules et communitatem ciuitatis Vranckenuorde presentes et futuros, fidelissimos nostros sincere carissimos, de fidelitatis homagio, nobis et heredibus nostris prestito, coram fidei nostro Nicolao, dicto List, predictae ciuitatis ciue, ad nos per consules et communitatem premissam misso, viva voce et presentibus denuo quitos dicimus et solutos, Sic quod in antea magnificis principibus Ludouico Romano et Ottoni, Marchionibus Brandenburgensis et Lufacie, fratribus nostris sincere carissimis et ipsorum heredibus legitimis de femore suo procreandis obedire, velud suis veris et legitimis dominis et principibus hereditariis, debeant fideliter et parere, Ipsis et ipsorum heredibus vt premittitur, fidelitatis homagium de nouo sollempniter faciendo, Tali tamen condicione adiecta, quod si preacti fratres nostri Ludouicus et Otto, Marchiones Brandenburgenses, heredibus legitimis vt superius exprimitur, pfeodi principatus, dominacionis et possessiois capacibus non derelictis, ab hac luce decederint, quod deus avertat, vel saltem heredibus legitimis derelictis et hii absque heredibus decesserint, extunc nobis et veris heredibus nostris sicut vero et domino suo hereditario protunc velud exnunc debebunt fidelitatis homagium facere et cum sollempnitate debita sine contradiccione seu dilacione qualibet, dum per nos aut heredes nostros veros requisiti fuerint, facere et concorditer exhibere prout eciam in litteris diuisionum terrarum et principatum nostrorum desuper datis plenius continetur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Monaco, Anno domini MCCC° quinquagesimo secundo, in vigilia beate Marie virginis gloriose.

Nach dem Originale des Geh. Stadtarchives.

LXXXIII. Markgraf Ludwig der Römer verleiht an Hermann Goldschmidt in Frankfurt He-  
bungen im Dorfe Kemmyn, am 16. September 1352.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus romanus etc. Contulimus et presentibus conferimus prudenti viro her. aurifabro, ciui in vrankenford, fidei nostro dilecto et ipsius veris et legitimis heredibus quinque frusta annuorum reddituum in precaria annone et denariorum ville kemmyn situata iusto pfeodi tytulo a nobis tenenda, habenda omni modo, iure et forma, quibus ea habuimus et tenuimus etiam pacifice possidenda pro XXV marcis argenti brandenburg. in quibus ei fidelis noster dilectus betkinus de ost miles, aduocatus in Landesperg, fuerat obligatus ea de causa, quod eidem hermanno promisit et fideiussit pro redemptione captiuitatis quondam apetzkoñis episcopi Lubucensis, quem henflynus de woldowe miles in captiuitatis vinculis detinebat. Reseruantes nobis auctoritatem et potestatem liberam dicta quinque frusta pro ipsis XXV marcis, quancuncque nobis vel nostris heredibus placuerit, reemendi. In cuius etc. Presen-



tibus haffone de valkenburg, haffone de vchtenhagen, oft, Grifko, militibus, hen. de marwitz, Jo. de wedel, magistro camere, et ottone mornero cum ceteris. Datum Landesparg, anno L<sup>o</sup> secundo, dominica post exaltationem sancte crucis.

Nach dem Copialbuche des Markgrafen Ludwig des Römers über die Vogteien Frankfurt, Müncheberg, Fürstenwalde und Beeskow No. 12.

LXXXIV. Markgraf Ludwig der Römers genehmigt die Bewidmung eines in der Marienkirche zu Frankfurt zu stiftenden Altars, am 7. Februar 1353.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus romanus etc., ob honorem omnipotentis dei et gloriose genitricis sue virginis marie, necnon ob iugem et perhennem memoriam magnificorum principum marchionum brandenburg. felicis recordationis predecessorum nostrorum, nostri, heredum ac successorum animarum memoriam, appropriauimus et presentibus appropriamus de XLIII talentis, que in theloneo nostre ciuitatis vrankenfurt tenemus et habemus, de quibus XX talenta denar. per Illustrrem principem Ludovicum, marchionem brandenburg., fratrem nostrum et nos meminimus quibusdam aliis altaribus appropriata, decem etiam talenta de premisis duobus terminis anni, videlicet in festo beate walpurgis V et in festo beati martini totidem danda singulis annis, appropriare decreuimus altari in honore beatorum philippi et Jacobi necnon petri et pauli apostolorum in ecclesia parrochiali sancte marie virginis ciuitatis predictae situando, perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet quiete et pacifice pertinenda, que quidem X talenta premissa honesta matrona sophia conthoralis künonis hokman, felicis memorie quondam nobis dilecti, pro sue anime remedio ad pretactum altare comparauit. Dantes et donantes pretacte domine sophie suisque veris et legitimis heredibus plenariam facultatem personam ydoneam ad dictum altare in antea presentandi, quociens id vacauerit et visum fuerit oportunitate. Renunciantes etc. In cuius etc. Presentibus Swartzburg Junior, haffo de valkenburg, oft, Trütenberg, her. de wolkowe, ny. kökeritz, otto de Slywen cum ceteris. Datum vrankenfurt, anno L<sup>o</sup> tercio, feria quinta ante dominicam Inuocauit.

Nach dem Copialbuche des Markgrafen Ludwig des Römers über die Vogteien Frankfurt, Müncheberg, Fürstenwalde und Beeskow No. 15.